



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum habuerit scientiam inditam, vel infusam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

quoddam instrumentum, quod est etiam causa sui, sicut feruus est organum domini, ita tamen quod libero arbitrio suorum motuum causa est. Quamuis autem primum instrumentorum genus non habeat actu quod instrumentaliter efficit, secundum tamen instrumentorum genus, quatenus sui dominium habet admittit, actu habet quod in alijs efficit. Et quia Christus homo sic est instrumentum Dei, ut liber sit, libere cooperetur, & efficiat nos beatos, ideo in litera illatum est, quod ipse est actu beatus.

R E S P O N S. Dicendum, quod illud, quod est in potentia, reducitur in actum per id, quod est actu: oportet enim esse calidum id, per quod alia calefiunt. Homo autem est in potentia ad scientiam beatorum (quae in Dei visione consistit) & ad eam ordinatur sicut ad finem: est enim creatura rationalis capax illius beatae cognitionis, in quantum est ad imaginem Dei. Ad hunc autem finem beatitudinis homines reducuntur per Christi humanitatem, secundum illud Hebr. secundo. Decebat eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consumari. Et ideo oportuit, quod cognitio beata in Dei visione consistens excellentissime Christo homini conveniret: quia semper causam oportet esse potiore causato.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod divinitas unita est humanitati Christi secundum personam, non secundum essentiam, vel naturam: sed cum unitate personae remanet distinctio naturarum. Et ideo anima Christi, quae est pars humanae naturae, per aliquod lumen participatum a natura divina, perfecta est ad scientiam beatam, quae Deus per essentiam videtur.

A D S E C U N D U M dicendum, quod ex ipsa unione homo ille est beatus beatitudine increata, sicut ex unione est Deus: sed praeter beatitudinem increatam oportuit in natura humana Christi esse quandam beatitudinem creatam, per quam anima eius in ultimo fine humanae naturae constitueretur.

A D T I I I. Dicendum, quod visio, seu scientia beata est quodammodo supra naturam animae rationalis, in quantum, scilicet propria virtute ad eam pervenire non potest. Alio vero modo est secundum naturam ipsius, in quantum scilicet secundum naturam suam est capax eius, prout scilicet est ad imaginem Dei facta,

ergo est illi naturalis, aut habet illam potentiam naturalem: quia plus requiritur ad naturalitatem simpliciter, & ad potentiam naturalem, scilicet naturalis inclinatio in illum actum: sed solum sequitur, quod habet naturam, quae potest elevari in illum actum. In hoc enim differt homo ab animalibus, scilicet ex hoc ipso, quod est intellectualis anima, quod bruta non possunt elevari in actum videndi Deum, homo autem potest elevari in illum: quod hinc provenit, quia intellectualitas est capax visionis illius, pars autem sensitiva tantum non est illius capax. Quo circa visio Dei est aliquo modo naturalis anima nostra, sed secundum quid, quia est capax ex sua natura illius: non est autem simpliciter naturalis illi, aut alteri cuiquamque creature, sed soli Deo.

¶ Super quaestiones nona articulum sextum.

In titulo tertii articuli ponitur distinctio terminorum illorum, videlicet, indita vel infusa. ut satis fiat diversimode illam appellantis. Scientia siquidem ista, quia simul cum natura animae datur, indita vocatur: quia vero non accipitur, nec ex vi naturae animae ipsam comitatur, sed Deo alia actione creante animam, & alia actione influente scientiam, quamvis simul tempore habeatur, ideo in fusam nuncupatur. Et reuera infusa vocanda est, si proprie loquendum est. Angelorum autem scientia indita proprie vocatur, quia comes est naturae: ut illius proprietates naturales, eademque actione, quae uerbum Dei creat angelicam naturam, imprimunt in illam species intelligibiles perfectissimas intellectus angelici. Potest nihilominus gratia materialis, scilicet anima Christi dici scientia indita, pro quantum comitatur naturam liter animam Christi, non ut creatam, sed ut assumptam a uerbo, sicut & gratia habitualis: est enim unigenitus a patre plenius non solum gratia, sed veritatis. In corpore autem unica est conclusio responsiva quaestio dupliciter probata. Conclusio est. Oportet in Christo ponere scientiam inditam. Probatur primo ex uiranda imperfectioe naturae assumptae. Decebat, ut natura humana assumpta, a uerbo Dei, imperfecta non esset, ergo oportet in Christo ponere scientiam inditam. Probatur consequentia, quia aliter intellectus eius possibilibus fuisset imperfectus. Probatur hoc, quia omne quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur in actum: sed intellectus possibilis humanus est in potentia, & reducitur in actum per species intelligibiles, ergo esset imperfectus, si non haberet species intelligibiles, quod est habere scientiam inditam. Et hoc explanatur in litera apponendo conclusionem, in quantum per uerbum Dei impressae sunt species intelligibiles, &c. & declaratur ex subiuncto exemplo in angelis. Deinde probatur a simili ex auctoritate Augustini. Sicut in angelis ponitur duplex cognitio, matutina & uespertina, ita in Christo utraque. Litera clara est.

A R T I C U L U S I I I.
Utrum Christus habuerit scientiam inditam, uel infusam.

A D T E R T I U M sic proceditur. Videtur, quod in Christo non sit alia scientia indita, uel in fusae praeter scientiam beatam. Omnis enim alia scientia comparatur ad scientiam beatam, sicut imperfectum ad perfectum: sed praesentem cognitionem perfectam, excludit cognitionem imperfectam, sicut manifestata uisio faciei excludit aenigmaticam uisionem fidei, ut patet 1. ad Corint. 14. Cum igitur in Christo fuerit scientia beata, ut dictum est, uidetur quod non potuerit in eo esse alia scientia indita.

¶ 2 Pre. Imperfectior modus cognitionis disponit ad perfectionem, sicut opinio, quae est per syllogismum dialecticum, disponit ad scientiam, quae est per syllogismum demonstratiuum. Habita autem perfectione non est ulterius necessaria dispositio, sicut habito termino, non est necessarius motus. Cum ergo cognitio quaecumque alia creata comparetur ad cognitionem beatam, sicut imperfectum ad perfectum, & sic ut dispositio ad terminum, uidetur quod cum Christus haberet cognitionem beatam, quod non fuerit ei necessarium habere aliam cognitionem.

¶ 3 Pre. Sicut materia corporalis est in potentia ad formam sensibilem, ita intellectus possibilis est in potentia ad formam intelligibilem: sed materia corporalis non potest simul recipere duas formas sensibiles, unam perfectiorem, & aliam minus perfectam, ergo neque anima potest simul recipere duplicem scientiam unam perfectiorem, & aliam minus perfectam, & sic idem quod prius.

Aduerte hic, quod natura humana assumpta a uerbo, debet absque imperfectione poni ex parte animae, nam ex parte corporis nihil prohibet imperfectionem affirmate in illa, in sui principio, quia minoratus est paulominus ab angelis, propter corpus passibile: scientia autem ad animam spectat.

¶ Circa

abbou. 2. D

¶ Circa probationem conclusionis, dubium occurrit, quia ratio allata procedit de potentia naturali intellectus possibilis, quae per se habet per species intelligibiles naturales (de quibus allata auctoritas philosophi loquitur) ac per hoc de imperfectione naturali. Conclusio autem loquitur de scientia tam naturali, quam reuelata. ut patet in

1. art. q. 11. inferius, ubi de illa scientia tractatur. excedit ergo conclusio rationem, immo nec consonat conclusioni, q. 2. ut in sequenti habetur alterius rationis est scientia infusa Christo, ab illa, quae est naturalis, de qua loquitur auctoritas allata Aristotelis.

¶ Ad hoc dicitur, quod proculdubio litera non ardetur ad imperfectionem & potentiam naturalem intellectus possibilis: sed in communi loquitur de potentia intellectus nostri ad actum sibi commensuratum, & similiter de imperfectione priuatiu actus proportionati intellectui humano possibili, & hoc sive secundum statum nature, sive secundum statum gratiae, ut quod intendit litera, quod quia in intellectu humano secundum esse naturae, est potentia naturalis ad sciendum omnia naturalia per actus commensuratos sibi, & similiter secundum esse gratiae ad sciendum omnia ecclesiastica per actus commensuratos sibi, & omne quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducat in actum, ideo est imperfectus, nisi ponatur reductus in actum omnium intelligibilium tam spectantium ad ordinem naturae, quam spectantium ad ordinem ecclesiae, sive militantis, sive triumphantis, per actus proportionatos ipsi humano intellectui.

Auctoritas autem Aristotelis est allata directe ad monstrandum, quod intellectus humanus est in potentia ad sciendum omnia per species intelligibiles

ut actus commensuratos sibi, ut per hoc habeatur intentum, quod sicut in esse naturali est imperfectus intellectus, nisi esset reductus in actum commensuratum sibi (scilicet scientiam per species, quantumcumque illam seiat in uerbo actu omnino superexcedente omnem facultatem naturae) ita in esse ecclesiastico est imperfectus, nisi possit omnia per actus commensuratos sibi, quantumcumque eadem nouerit in uerbo. Consonat ergo ratio conclusioni, & probat eam, sive illa scientia infusa cum suis speciebus, sit alterius, sive eiusdem rationis cum

SED CONTRA est, quod dicitur Col. 2. quod in Christo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, f. decebat ut natura humana assumpta a uerbo Dei imperfecta non esset. Omne autem quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducat in actum. Intellectus autem possibilis humanus est in potentia ad omnia intelligibilia. Reducitur autem in actum per species intelligibiles, quae sunt quaedam formae completivae ipsius, ut patet ex his, quae dicuntur in 3. de Anima. * Et ideo oportet in Christo ponere scientiam inditam, in quantum per uerbum Dei, animae Christi sibi personaliter unitae, impressae sunt species intelligibiles ad omnia, ad quae intellectus possibilis est in potentia. Sicut etiam per uerbum Dei impressae sunt species intelligibiles menti angelicae in principio creationis rerum, ut patet per Augustinum 2. super Genes. ad litteram. Et ideo sicut in Angelis secundum eundem Augustinum ponitur duplex cognitio (una scilicet matutina, per quam cognoscunt res in uerbo, & alia uespertina, per quam cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas) ita praeter scientiam diuinam increata tam est in Christo secundum eius animam scientia beata, qua cognoscit uerbum & res in uerbo & scientia infusa, sive indita, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanae menti proportionatas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uisio imperfecta fidei, in sui ratione includit oppositum manifestae uisionis, eo quod de ratione fidei est, ut sit de non uisus, ut in secunda parte dictum est: * sed cognitio, quae est per species inditas non includit aliquid oppositum cognitioni beatae. Et ideo non est eadem ratio utrobi que.

AD II. Dicendum, quod dispositio actus commensuratos sibi, ut per hoc habeatur intentum, quod sicut in esse naturali est imperfectus intellectus, nisi esset reductus in actum commensuratum sibi (scilicet scientiam per species, quantumcumque illam seiat in uerbo actu omnino superexcedente omnem facultatem naturae) ita in esse ecclesiastico est imperfectus, nisi possit omnia per actus commensuratos sibi, quantumcumque eadem nouerit in uerbo. Consonat ergo ratio conclusioni, & probat eam, sive illa scientia infusa cum suis speciebus, sit alterius, sive eiusdem rationis cum

illa, de qua loquitur Aristoteles, quoniam, ut patet ex dictis, non ardetur ad naturalem scientiam, & multo minus ad talem modum naturalitatis, qualis est in scientia de qua loquitur Aristoteles. Hoc autem dixerim, quia anima habet duplicem scientiam naturalem: alteram secundum statum coniunctionis ad corpus, de qua locutus est Aristoteles. alteram secundum statum separationis a corpore quam non nouit Aristoteles. Praesens autem tam ratio, quam conclusio non ardetur ad actum commensuratum naturae intellectus possibilis secundum statum, uel illum statum, sed in communi indistincteque de potentia intellectus possibilis humani ad actum sibi commensuratum loquitur, quem esse species intelligibiles ex eo, quod in isto apparetur, ex auctoritate Aristotelis probat.

¶ In responsione ad secundum discerne uerba litera ex indistincta mutata, dum primo proponit cognitionem ex dialectico syllogismo acquisita, ut uia sub nomine opinionis, & deinde resumitur eadem cognitio ut conueniens, non sub nomine opinionis, sed sub nomine cognitionis. Oportuit autem sic dicere, quia cum scientia alicuius conclusionis non potest simul stare in eodem subiecto opinio eiusdem, sed bene potest cognitio eiusdem per medium probabile stare in eodem subiecto. Adde siquidem opinio super cognitionem per medium probabile, formidine in subiecto respectu alterius partis, quae repugnat subiecto excludenti formidine, quale est sciens demonstratiue, unde cognitio dialectica ante demonstratiuam habens rationem opinionis, post demonstratiuam scientiam non habet rationem opinionis, sed remanet solius cognitionis dialecticae, cessante illa conditione formidinis ex parte subiecti.

¶ In responsione ad tertium nota, quod qualiter species infusa sunt humanae menti commensurate inferius patebit: qualiter autem diuina essentia sit species superexcedens, clarum est.

¶ Super quaest. nona articulum quartum.

IN titulo aduerbe, quod aliud sonat, & alio tendit. Nam sonat scientiam experientialem acquisitam, quae communiter se habet ad actuale experientiam, quam quis acquirere potest, uel ad habitualem scientiam, intellectui ex experientia acquisita.

ARTICVLVS IIII.

Utrum Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit aliqua scientia experientialis acquisita. Quicquid enim

In responsione ad 3. eiusdem articuli, nota, quod qualiter species infusa sunt humanae menti commensurate inferius patebit: qualiter autem diuina essentia sit species superexcedens, clarum est.

¶ Super quaest. nona articulum quartum.

IN titulo aduerbe, quod aliud sonat, & alio tendit. Nam sonat scientiam experientialem acquisitam, quae communiter se habet ad actuale experientiam, quam quis acquirere potest, uel ad habitualem scientiam, intellectui ex experientia acquisita.

Tertia Thomae.

G 3 tendit

Ar. 1. huius q.

In con. inf. na. ept. 8. ab. ar. 2. q. 2. 2. q. 2.

li. 1. re. 11. & 3. re. 1.

Ar. 2. huius q.

li. 1. de. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

li. 1. de. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

D. 435.

p. p. q. 12. ar. 2. 3.

Isra. q. 12. ar. 12. & q. 15. ar. 8. & op. 3. c. 25. & 3. dist. 14. ar. 3. q. 5. ad 3. & dist. 8. ar. 3. ad 5. & uerit. q. 10. ar. 3. ad 1.